

De peccato veniali

Folium xlviii

127

Ad 17. ¶ Ad xv. dicendum. q. vir gustado de ligno scie boni & mali fecit contra preceptum diuini. & ideo peccauit mortaliter. Et sicut ratio superior quicquid peccat facies contra preceptum diuini peccat mortaliter. sed non semper peccat contra preceptum diuini. & ideo ratio non sequitur.

Ad 16. ¶ Ad xvi. dicitur. q. illud est falsum quod proponebat. scilicet si habitus est danabilis & actus peccati est mortale non consistit in habitu sed in actu. vnde si ex multis actibus peccatorum mortalium generet aliquis habitus. non oportet quod omnis motus qui sequitur ex inclinatione habitus sit peccati mortale. nullus enim est habitus ita firmatus habitum luxurie vel alterius vici qui aliquando firmatione morbo eius resistat. & tamen scilicet esset dicere quod talis motus imputaretur ad peccatum mortale ei qui resistit. Vnde licet habitus peccati sit danabilis in infidelibus non baptizato. non tamen oportet quod quilibet motus concupiscentie sit danabilis pro motu peccati mortalis. & in fornicatione non de concupiscentia habitualis potest tunc puniri sicut supra dictum est pro remotione scilicet originalis iusticie. vnde motus qui sequitur ex ipsa potentia naturali non oportet quod semper sit peccatum. necdum etiam quod sit peccatum mortale. Non est ergo dicitur. quod motus primi sensus alitatis in infidelibus sunt peccata mortalia. quia multo magis contra peccata mortalia fidelibus. quia in vno & eodem actu plus peccat fidelis quam infidelis ceteris paribus. vt patet per apostolum ad Hebr. x. Quanto puratius cum ceteriora mereri supplicia quam sanguine testamenti polluti dixerit. Et ubi dicitur. Melius erat eis via veritatis non cognoscere quam post agnita retroire ab eo quod traditum erat sancto mandato. ¶ Ad ea vero que in contrariis obuiantur patet ex dictis misio ex his que supra dicta sunt.

formis

Solones infamia

¶ Ut circumsantia faciat de peccato veniali mortale.

Barto dicitur. vtrum

- 1 ¶ Et videtur quod sic. Dicit enim Augustinus in ser. de purgatorio quod si diu tenetur iracundia & ebrietas si assidua sit transiit in numerum mortalium peccatorum. sed huiusmodi sunt peccata venialia ex suo genere. alioquin semper essent peccata mortalia. ergo peccatum veniale ex circumsantia assiduitatis vel diuturnitatis fit mortale. ¶ 2. Delectatio mortalis est peccatum mortale. vt magister dicit. xxiiij. di. ij. li. sicut. Sed si non fit mortalis est veniale peccatum. ¶ 3. Plus differunt bonum et malum in actu humanis quam peccatum veniale et mortale. quia bonum et malum differunt genere. sunt enim genera aliorum. vt dicitur in predicamentis. Peccatum autem veniale et mortale cum vtrumque sit malum conueniunt in genere. Sed circumsantia facit de bono actu malum. ergo multo magis circumsantia facit de peccato veniali mortale.
- 4 ¶ Inter alias circumsantias ponitur propter quod quod cum circumsantia pertinet ad finem. sed propter finem peccatum veniale fit mortale. vt dictum est. ergo circumsantia de veniali facit mortale.

¶ Sed 3. Circumsantia est accidens actus moralis sicut contra ipsum nomen sonat. sed est mortale peccatum pertinet ad speciem peccati. Cum ergo nullum accidens persistat in specie actus est accidens videtur quod circumsantia non possit de veniali peccato facere mortale.

¶ Rideo dicitur. quod actus moralis de bono vel malo ex genere sui obiectum. Super hanc autem bonitatem vel malitiam potest ei dupliciter bonitas vel malicia aduenire. vna quod de ex intentione finis. alia ex circumsantia. Et quod finis est primum obiectum voluntatis. ideo interior actus delectationis ex fine si interior actus ex fine habet rationem peccati mortalis transiit ad exterior in specie interioris actus. & efficitur peccatum mortale sicut supra dictum est. Sed circumsantia non potest dari in specie actus morali. sed solum tunc quando noua deformitate addit ad aliam speciem peccati pertinet. puta cum aliquis superbia accedit ad non suam accedit ad ea que alterius. & sic accidit ibi deformitas in iusticia. vnde ista circumsantia dat nouam speciem. & proprie loquendo iam non est circumsantia sed efficitur specifica diuisio actus moralis. Si ergo circumsantia ad dita addit talem deformitatem que sit deceptio dei. tunc facit et id quod est veniale ex genere est mortale. Id ergo quod peccatum veniale ex genere non potest esse mortale per circumsantiam que manet in ratione circumsantiae. sed solum per circumsantiam que transit in aliam speciem. Sed contingit quibus que aliqua est veniale peccatum non ex suo genere sed ex preobiecto. sed magis propter imperfectionem actus. quod non pertinet vltimo ad delictum consensum rationis que complet rationem moralis actus. et tunc talis circumsantia que est completio moralis actus facit de veniali peccato mortale peccatum. puta delictum consensum superueniens.

¶ Ad primum ergo dicendum. quod iracundia imperat ad motum ad nocendum. primo. inferre autem primo nocu vt patet 2^o 2^o motum ex suo genere est peccatum mortale. quia repugnat charitati quantum ad dilectionem primi. Sed quoniam motus sicut in appetitu inferiori. et ratio non consentit vt nocum mentum graue. primo inferat est peccatum veniale propter imperfectionem actus. Sed si diu teneat non potest esse quin delictum rationis superueniat. Intellegit autem teneri diu non quicquid diu durat. sed quod per aliquos per rationem resistere. & tunc motus iracundie non tenetur esse diu durat. Sicut dicitur est de ebrietate. quia ebrietas quantum in se est auertit rationem a deo in actu. vt ratio ebrietas durante non possit in deum uerti. & quod homo non tenet rationem suam semper in deum uertere actu. propter ebrietatem non solum est peccatum mortale. Sed quoniam homo assidue inebriat. videtur quod non curet quod ratio sua uertat ad deum. & in statu tali ubi ad ebrietatem est peccatum mortale. Sic ergo videtur quod auersionem rationis ad deum contemnat propter delectationem vini. ¶ Ad 2^o ubi dicitur. quod sicut dicitur est de delectatione mortalis sicut et de iracundia diu manere. ¶ Ad 3^o ubi dicitur. quod circumsantia quando transfert bonum actum in malum constituit nouam speciem peccati. & sic transfert in aliud genus motus. & in tali etiam casu potest de veniali peccato facere mortale. ¶ Ad 4^o ubi dicitur. quod finis in quantum est obiectum actus dat speciem actui morali. et hac ratione potest facere de veniali mortale.

